

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Taciturnitas p
in editionibus 1493/5 & 1550 cum fontibus primis

Solon cum aliis loquentibus taceret: interrogatus
utrum propter inopiam uerborum an quod stultus
esset taceret: respondit. Nemo stultus tacere potest.

Salon cum aliis loquentibus taceret, interrogatus
a Periandro,
utrum propter inopiam uerborum, an quod stultus
esset, taceret, respondit: Nemo stultus tacere potest.

Pseudo-Caecilius Balbus, *De nugis philosophorum*,
26, 4 (E. Woelfflin ed., p.28).

Cur igitur solus linguam cohibes?
quia inquit dixisse me aliquando poenituit
tacuisse nunquam

Quid? Xenocratis responsum quam laudabile!
cum maledico quorundam sermoni summo silentio
interesset, uno ex iis quaerente
cur solus linguam suam cohiberet,
'quia dixisse me' inquit 'aliquando poenituit,
tacuisse nunquam.'

Quid Xenocratis responsum, quam laudabile?
cum maledico sermoni quorundam summo silentio
interesset, uno ex his quaerente,
cur solus linguam cohiberet?
Quia, inquit, dixisse me aliquando poenituit,
tacuisse nunquam,

Valerius Maximus, *Facta et dicta memorabilia*,
7.2.ext.6 (J. Briscoe ed., pp.446-7, ll.180-184).

iuxta illud
Nam nulli tacuisse nocet. nocet esse locutum.

Rumores fuge neu studeas nouus auctor haberi; /
Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.

Et illud:
Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.

Valerius maximus libro VII. de memorabilibus dictis.

Marcus Portius Cato, *Disticha uel dicta Catonis*, 1, 12
(E. Baehrens ed., p.218).

Valerius Maximus libro 7. de sapientibus dictis.

Manipulus florum, Taciturnitas p (Venetiis, 1493/5),
sig.k1r.

Flores omnium fere doctorum, Taciturnitas p
(Venetiis, 1550), fol.505v.